

regia corona emanant, teneatur de suo, pro quantitate bonorum maioratus, feruire Regi in bello, eumve in eo comitari, vt teneatur maioratus. Huiusmodi, neque habeat vnde id efficiat, nisi vendendo aliquid de vinculo maioratus, vel censum redimibilem in eo constituto: vel si bonum, & vtilitas publica, postulet, vt ad hostes profugandos, subditi suis sumptibus ad bellum procedant, vel contribuant ad eos sumptus pro quantitate suarum facultatum; neque aliter possessor maioratus possit id onus subire, qua vendendo aliquid de vinculo maioratus, vel maiora tum censui subiiciendo: tunc enim ex regia facultate possit, ac debet, id efficere, quin ad id cogi possit, nulli cibus reddere principis, aut republica ipsa. Attamen, si quia is possessor perdit vixerat, aut prodigè expendendo, multo aere alieno esset grauatius, necesse est subiacere maioratum censui, aut aliquid ex vinculo vendere: cum tamen, si moderatè vixisset, redditus maioratus fuissent satis ad id onus subeundum; vt que tantum in posterum esset illi quantum iniquum de redditibus eius maioratus, quantum esset satis congrua eiusdem sustentationi: reliquum vero esset sumendum ad pensiones census persoluedas, & ad parandam pecunie quantitate, qua census redimeretur; ut emeretur maioratus, quantum ea de causa ex eo vinculo fuisset alienatus; quod si pecunia, quæ ita dum ille viueret, compararetur, non esset ad id satis, successores deberent, arbitrio prudentis, de redditibus maioratus aliquid quantum contribueret, quovis pecunia ad id necessaria congregaretur, & maioratus ad pristinum statum restitueretur: id enim, quod perditus ille conatus fuisset, expendere de maioratu ad necessitatem illam publicam, quasi reale esset onus bonorum eius maioratus, quod successores pro rata de redditibus maioratus tenerentur solvere, quando perditus ille non esset soluetus. Eodem vero modo, si moderatè ille vixisset, neque redditus maioratus fuissent ad tantam pecuniam simul pro bono publico expendendam, ipse, & successores in eo maioratus, tenerentur, temporis progressu, contribuere, prudens arbitrio, pro rata, quovis modo explicate, integrè illa solueretur, maioratusque in pristinum statum restitueretur.

Verum autem causa publica sit, & ea que sufficiens ad concedendam facultatem, vt bona maioratus alienentur, aut hypotheca subiciantur, vel grauentur annuo censu, qui in eis bonis constituitur, vt dotes filiarum, aut alijs descendenti bus possessoris maioratus, constituantur, ac tradantur, aut vt possessor ipse maioratus se obliget ad soluedas arbas & dotem, quam cum vxore recipit, vel ad solam dotè soluedam. Principes, vt referunt Couarr. 3. var. ref. 6. Greg. Lopez. 6. tit. 11. parte 6. verb. que la non puede uender. solum. 6. in fine. uel. & licet. & Molina lib. 4. de primog. cap. 3. à numero 3. iuncto. cap. 18. num. 1. libr. 1. solent eas concedere, & Couarr. id censet fieri posse, quando maioratus ex regia facultate fuit institutus. Gregor. vero Lopez. satis trepidè loquitur, & admonet regios consiliarios, vt non facieas concedant, ne contra ius poli id efficiant, & cū onere restituendi damnum, quod maioratus in præiudicium voluntatis ac memorie institutoris, ac vocatis vterius ad eum, inde provenit. Molina etiam malum dubitat, ac id iuste ac licite fieri possit, restrictiōneque & cautelas adhibet, quibus fiat, si quando fieri oportebit. Sane, quando institutor maioratus debitor non esset earum dotum, iuxta ea que disputatione præcedente dicta sunt (si enim debitor esset, soluede essent de bonis vinculis, quando non essent alia bona libera eiusdem institutoris, unde soluerentur, imo non plura bona censenda essent petente ad vinculum maioratus, quæ que superessent,

deducto eo, & quocumque alio aere alieno eiusdem institutoris, vt ibidem dictum est) credo principè non posse ad id tribuere facultatem, neque, si eam tribuat, eadem esse, iuxta ea que disputatione præcedente dicta sunt, iunctis ijs, que disp. 174. comprobata sunt, idque non solum quando institutor expressè prohibuit alienari ea bona, etiam in dotem, id etiam si non prohibuerit expressè. Ratio est, quoniam ea, neque ex dispositione iuris humani, neque simpliciter, debentur ab institutore maioratus, neque ex bonis, que vinculo maioratus alligant, vt disputatione præcedente ostensum; quod si deberentur, necessaria ad id non esset facultas regia, neque item id est causa publica, quæ vllam ad id inducat obligationem, vt etiam disputatione præcedente ostensum; atque vt Molina c. 3. citato. nu. 4. rectè ait, neque pro quacumque causa publica, fas est concedere facultatem, vt bona maioratus alienentur: licet enim concedi possit, vt alienentur pro reparandis itineribus, vel plateis, aut theatris, vel pro reparandis ac constructis Ecclesijs, quod nemo dicitur ergo disp. 174. citata ostensum sit, principem non posse inuicere ac mutare, si dispositione institutorum maioratum absque vrgente & necessaria causa, præiudiciumve afferre uocatis omnibus ad illos, etiam si maioratus ex facultate regia sit institutus, vt ibidem satis perspicue, nisi illimar, comprobatum est, & copiosè disputat, atque ostendit Molina c. 3. citato. nu. 7. contentique Ant. Gom. 1. 40. Tauri. nu. 89. consequens profecto est, vt concedere non possit facultatem ad alienandum, aut subiiciendum hypothecæ bona maioratum pro eiusmodi dotibus constitutis, aut soluedis, etiam si id exigat possessor maioratus, qui nihil potest circa infringendam uoluntatem institutoris, aut circa illa, quod præiudicium in eo maioratu, vterius ad eum ab institutore uocatis parere poterit. Quod si concessa hæc sunt aliquid eiusmodi facultates, sine ita ex eo ortum habuit, quod regi consiliarij sibi persulerunt id esse licitum, inmixtumque solidis fundamentis, ductisque aliorum autoritate.

Quod ex regia facultate alienari possint bona maioratus, aut censui, uel hypothecæ subijci, pro soluedis debitis institutoris talis maioratus, quoad alium de solui non possint, itaque ex causa necessaria reparationis eorundem bonorum, necini potest esse dubium: cum etiam absque regia facultate hæc licet, ut disp. 641. 644. 646. & disputatione præcedente, dictum est.

In maiorè etiam maioratus utilitate, ut sumptus circa res maioratus fiant, unde maior utilitas maioratus proveniat, quæ sit, quod ad eos sumptus ex bonis illius fuerit alienati, concedi ualide ac licite potest facultas ad bona maioratus alienanda. Itaque concedi potest facultas ad uendendum, aut permutandum res maioratus, ut ex pretio, aut in commutatione pro maioratus, alia utilior sit subrogatur, & iungatur maioratus. Ita Molina lib. 4. de primog. 4. a nu. 1. Anton. Gom. 1. 40. Tauri. nu. 81. in fine, & Greg. Lopez. 1. tit. 26. p. 4. verb. uendendum. col. 4. & id est satis perspicuum, quod multis probat Molina. Neque, n. prohibito alienationis in fauorè alicuius, aut aliquorū, inteligitur, quod id euidet cedit in maius commodum & utilitate eorundem: accedente præsertim principis ad id autoritate ac facultate, que in re propolita necessaria est, ut disputatione præcedente, & alibi dictum est, ne, quod intuitu maioris utilitatis aliorū ita alienando fieret, facile cederet in eorundem detrimentum, atque id est, quod intendunt ac probant Ant. Gom. & Molina ubi sup. Merito uero num. 12. subiungit Molina, ad obuiandum in commodis, que eiusmodi facultatibus ad uendendum, aut permutandum res maioratus, ut alia utiliores accrescant maioratus, facile

facile obtinere possunt, vel re, que accrescere debet, non existente adeo vili maioratu, vel possessore committente in alijs rebus pecuniam comparatam ex alienatione rei maioratus, principes, eorumve consiliarios, non prius debere concedere eiusmodi facultates, quam re diligenter ac sufficienter examinata, atque in euentu solum, in quo, si maioratus institutor, uocatiue vterius ad eum, adessent, consensus præberent, remque ad id proculdubio libenter alienarent: itemque non prius debere eas facultates concedere, quam facta iam conuentione inter partes de re que loco eius, que alienatur, sit subroganda maiorati, & ea lege, vt pretium ex re maioratus, que alienatur, tribuatur venditori rei subrogandæ. Neque item debere concedi eiusmodi facultates, ad alienandum domos antiquas institutoris maioratus, deputatas habitationi eorum, qui ad eum maioratum uocantur, de quibus est verisimile, institutorem maioratus, si adesse, repugnatum, præsertim cum inde aboleri possit ex parte memoria institutoris maioratus. Quæ eadem ratione concedi non debet facultas, vt alienentur res maioratus, existens in prouincia, in qua erat solum, domiciliumve institutoris, vt subrogetur res in alia prouincia existens, quando dubium esse potest, an id gratum esset futurum institutori maioratus, sitque etiam gratum futurum ceteris sue cessoribus in eo maioratu: quæ omnia prudentis arbitrio sunt relinquenda. pensatis omnibus circumstantijs concurrentibus. E contra uero, si res aliqua maioratus longè distet a sede & domicilio institutoris & successorum in eo maioratu, ubi sunt pleræque res ad eum maioratum pertinentes, causa sufficiens, vt concedatur facultas ad eam alienandam, vt subrogetur alia reque vtilis in loco magis vicino, erit illa longe maior distantia. Atque hoc est, quod Grego. Lopez affirmat lib. 6. tit. 11. parte 6. verb. que la non puede uender. col. pen. uel. sed an sit, & cõsentit Molina ubi sup. nu. 19. Nescio uero cur à nu. 15. reprehendat Greg. Lopez, quasi aliud intendere rit ac uoluerit.

DISPV. 650.

Vtrum, si maioratus institutor prohibuit ea bona, etiam de Regis facultate, alienari, successoresque prohibuit eam facultate in petere, aut ea uti, possint nihilominus eadè bona ex causis predictis, ex regiaque facultate alienantur, vendi in publica subhastatione debeat.

S Y M M A R I V M.

1. Maioratus bona vt alienentur, potest princeps concedere facultatem, alienarique ex ea possunt, esto institutor eam peti, & concedi, & ea concessa prohibuit uti. Et quanta nihilominus ratio sit habenda talis prohibitionis, quando contrarium non postulat commune bonum.
2. Quando necesse sit, aut non sit, mentionem facere principi de prohibitione, voluntate institutoris, ne facultas alienandi, obtemperet surreptitia, censetur.
3. Maioratus institutor quando peti eas facultates, & eis obtemperat, prohibuit sibi pena aut modo, ut continuo maioratus ad alium eo ipso transiret, quando peti nihilominus ac eis rei esset, quando non item. Et quam periculosum aribus varijs uti ad illas obtinendas.

4. Obtemperat vna facultate ad alienandum, factaque iuxta illam alienatione, quando surreptitia erit concessa facultas, si facta non fuit mentio de priori facultate.
5. Maioratus bona si ex regia facultate alienentur, an vendi debeat in publica subhastatione, & que forma seruetur.
6. Maioratus bona vt alienari possint, non sufficit, si ministrorum de la camera, nisi a principe approbetur.
7. Maioratus circa bona si contraclus alienationis celebratur ante obtentam a principe facultate, sub conditione tamen, si princeps facultatem velit concedere, ualidus est depedeter ab ea conditione petenda que est facultas.
8. Maioratus bona ut alienentur si obtemperat, nec sit usus illa decennio, nisi reddatur.

Quod ad primum attinet, dicendum est. Etiam si maioratus institutor expresserit, nolle, vt principis facultatem concedat, vt bona, ex quibus maioratum instituit, alienentur, vel prohibuerit ea, etiam ex facultate regia alienari, posse nihilominus principem ex causis legitimis concedere facultatem, ut alienentur, posse que maioratus possessorem ex regia facultate, præstita ex eisdem causis, ea alienare. Ita Molina lib. 4. de primog. 3. num. 28. Ratio est, quoniam prohibitio institutoris maioratus, non potest à principe auferre eam potestatem ad facultatem concedendam, vt ex legitimis causis ea bona alienentur, quam, quia supremus princeps est, habet: neque, dum princeps eam facultatem concedit, interpretatur solum uoluntatem institutoris, quasi solum in principe uoluntatem sit potestas ad concedendam eam facultatem interpretatur institutoris uoluntatem: sed potest legitima ex causa mutare defuncti uoluntatem, eaque potestate tunc utitur. Quo loco obseruatur, si maioratus institutor uinceret, posse principem contrariuere ea, in parte eius uoluntati, quantum præcise postularerit bonum commune; non uero quantum postularerit sibi bonum institutoris priuatum: quoniam uoluntate, cum uiuere, est suorum bonorum moderator & arbiter; neque princeps potest contrariuere eius uoluntati, nisi dum commune bonum aliud, non leuiter, postulat: postquam autem ille est defunctus, aliquid amplius princeps potest in bonum institutionis talis defuncti, quoad quidem ille iam non uiuit, qui, pro ratione temporum & circumstantiarum, possit mutare consilium, statueretque, quod plus expediat communi bono; institutionique ipsi. Non tamè negarem, in his, que ad solum bonum ipsius maioratus, & successorum in illo, spectant, aliquam rationem esse habendam, quod institutor maioratus expresserit, nolle, vt princeps alienationem concedat, neque ut possessores illius illa utantur, ut omnino ea facultas non concedatur, nisi quando dispositio illius esset proliis irrationabilis, si intellegeret, etiam in eo euentu, & cum eis circumstantijs, nolle, ut concederetur: neque enim facile est contrariuendum dispositionibus defuncti, quoad ea que præiudicium bono communi non afferunt maxime cū experientia comperit sit, usus facultatum principum, ut res maioratus alienentur, sæpe habere pessimum exitum, uel quod non fiat accuratum examè, ac causa sint legitime, uel quod testes, non ut oportet, testificentur, morem gerere uolentes ijs, qui eiusmodi facultates petunt, alienationesque desiderant, uel quod possessores maioratum in alijs rebus consumant pecunias earum alienationibus: aut quia id, quod inde comparant, maioratusque subrogatur, non sit tam utile, atque erat, quod ex principis facultate fuit alienatum.

Hinc facile patet, quid dicendum sit ad dubium, quod Molina ubi supra, lib. quarto, cap. 3. num. 29. excitat. Vtrum scilicet, quando maioratus institutor prohibuit alienationem earum rerum fieri, etiam ex facultate principis, vivere prohibuit ea facultate concessa, necesse sit mentionem facere principi de ea clausula ante impetrationem facultatis; alioquin facultas obrepta, censenda sit subrepticia ac nulla. Paucis vero dicendum est, excepto hoc ultimo euentu à nobis proximè explicato, necessarium non esse facere mentionem de ea clausula. Ratio est, quoniam ea clausula nulla est omnino comparatione eorum euentuum; eo quod maioratus, institutor non possit ea clausula minuere potestatem principis, neque in eis euentibus retardaret, si ciretur principem ad eam facultatem concedendam: clausularum autem, vel rescriptorum, que nulla sunt, vel que exceptione possunt elidi, necesse non est facere mentionem, vt postea rescriptum, aut facultas postea obrepta, valida sint, vt notat glossa. cap. ex tenore, de rescrit. verb. negatio, in fine, gloss. cap. cum nos, si quis, verb. de facto, de concessio, præbend. Felin. & alij, quos Molina ubi supra, num. 3. refert ac sequitur. In euentu autem proximè à nobis explicato, quominus ea clausula retardare ac impedire deberet principem, ne in eo euentu facultatem concederet, sanè non est nulla, arbitraria, si subrepta, censenda esse subrepticiam facultatem, quæ, ea suppreffa, fuerit obrepta.

Quando maioratus institutor adeo seuerè successores in perpetuū prohibuit alienationem bonorum illius, vt eo ipso, quod facultatem ad id quoquo modo peterent, aut ipsi quoquo modo oblata, etiam proprio motu, vterentur, amitterent maiora- tum, & continuo absque alia sententia, aut declaratione, transiret in vterius ad eum vocatum, rectè ait Molina ubi supra, num. 36. posse nihilominus principem eam validè concedere (quod intelligerem, seculo euentu duobus paragraphis præcedentibus explicato) derogare que clausulas omnes, quibus maioratus institutor prohibuit eam petere, aut ea oblata, vel obrepta, vt; qua derogatione facta, vim non habet pena illa, conditio, aut potius modus ab institutor appositus, vt si post eam derogationem petatur, aut ea oblata ac obrepta vtatur, amittat maioratum. Ratio autem est quoniam, vt ex hæcenus dictis constat, maioratus institutor, non potest eam potestatem auferre à supremo principe, aut eam illi minuere. Adde enim ego, neque quicquam validè facere, aut statuerè, quo vtui illius præiudicetur, aut quo vtus ille impediat, saltem in præiudicium boni communis. Quare, quando contrarium postularet omnino bonum commune, credo, transgressio nem eiusmodi, qui tunc censendus esset de iure impossibilis, non esse in causa, vt maioratus possessor, qui eum transgredere, amitteret maioratum. Quando vero bonum commune non omnino postuleret eam alienationem, tunc licet, ac validè, potuit maioratus institutor apponere eum modum omnibus successores in eo maioratu ad meliorem illius cõseruationem, nolendo, vt quisquam in eo succedat, illum ve post successionem retineat, nisi cum eo one re quippe eum integrum ipsi sit de eis suis bonis dis- sponere, vt voluerit, & cum onere, quo voluerit, modo rectè rationi, ac dispositioni iuris humani, non sit contrarium, vt verè id onus cõtrarium tunc non est. Tunc autem non audeo affirmare, posse maioratus possessorem, sine periculo amittenti suc- cessori in conscientia, & in exteriori foro eum maio- ratum, petere à principe facultatem, non quidem, vt possit alienare aliquid maioratus, sed vt possit petere ab eo facultatem ad id faciendum, facta prius per principem derogatione clausularum testamenti, qui-

bus sub eo modo eam petere, aut ea obrepta, vt, pro- libetur. Etenim, qui sub eo modo prohibet petere facultatem ad alienandum, simul est censendus prohibere sub eodem modo, petere facultatem ad facultatem alienandi petendam; potiusque est at- tendendum ad mentem dispositionis, quam ad verba, quibus fit & exprimitur: sicut potius est atten- dendum ad mentem legis, quam ad verba. Et quæ- admodum contra legem fit, in fraudem legis peccat, quando verba seruantur, & transgressio men- tis legis fit: ita dispositionem sub eo modo trans- greditur, qui verba dispositionis seruat, & mentem eiusdem dispositionis transgreditur. Eodem etiam modo credendum, transgredi eam dispositionem, at- que amissionem maioratus propter eum modum ap- positum incurere eum possessorem, qui curat, vt tertia persona in camera regia, vbi eiusmodi facultates conceduntur, producat memoriale, quod vocat, in quo impersonaliter, & sine expressione nomi- nis vltimi possessoris, aut alterius persone impe- trantis, dicatur, quod in maioratu, quem Titius im- pletur, sunt clausula talis tenoris, &c. & quod iam nunc necesse est alienari aliqua bona eius maiora- tus, aut hypothecæ subijci, ex causis, que in eo me- moriali exprimuntur, ac proinde ex eisdem causis supplicari regiam maiestatem, vt proprio motu, & ex certa scientia, concedat possessori maioratus rescriptum, in quo derogetur prædictis clausulis, & concedatur ei licentia, vt abique in cursione pena- rum, seu potius, nihil impediendo modo ab institu- tore apposito, possit facultatem ad id efficiendum impetrare, ea que obrepta vti. Testatur vero Mo- lina, ubi supra numero trigésimo nono, solere concessi eiusmodi rescriptum, leg; aliquando consulari, vt ita petatur, & postea virtute illius peti, & conce- di facultatem ad ea bona alienandum. Adde verò, in hoc caute esse procedendum propter rigorem clausularum recentium maioratum, que diligenti- sime examinari debent eorum maioratus pos- sessores eiusmodi facultates impetrent, ne aliquod faciant, in quo eis contraveniant, & in causa sint, vt amittant maioratum, & qui ea bona emunt, aut quibus censuræ, aut hypothecæ, virtute earum fa- cultatum subijciuntur, in discrimen adducuntur amittendi, quod ita dederit. Hæc Molina. Sane hæc ita attendere, non minus esse pato contra eam dispositionem sub eo modo, quam attendere illud aliud, de quo immediate antea est à nobis dic- tum; periculose, etiam anime, valde ea plena esse timore. Institutores maioratum his technis ostium præcluderent, si clausulam apponere, vt successores, neque per se, neque per alium, quic- quam omnino facerent, quo facultatem obtinere à principe, directe, aut indirecte, intenderent, aut illa oblata, vel obrepta, vterentur, alioquin eo ipso tran- siredet maioratus, sine alia declaratione ac sententia ad vterius ad eum vocatum: nullus enim dubitare potest, ea omnia esse directe, vel indirecte, modo ali- quo facere aliquid, quo ea facultas obtineretur. Quod si obligarent vocatos ad maioratum, vt ante- quam maioratum acciperent, iuramento sese astrin- gerent ad hoc ita seruandum, & ad nihil sub eodem modo ac pena faciendum, & ad nihil sub eodem modo ac pena faciendum, quo directe, aut indire- cte, relaxationem talis iuramenti intenderent, res magis esset corroborata. Ac fortasse expedit, vt raro admodum, atque ex necessarijs omnino cau- sis, adhibitoque rigore earum examine, & adhi- bicis exactissimis cautelis, ne cederent in detrimen- tum bonorum maioratus, eiusmodi facultates in re- gia camera concederentur. Homines qui ppe, in ten- tes maioratum dispositiones ac immutationes ex eiusmodi facultatibus, tam scelerate, dum maioratus institunt, & tam seruo curant, ostiū alienationibus

ex ciuf-

ex eiusmodi facultatibus omnino præcludere.

Dubium. Dubium est, vtrum, si maioratus possessor antea impetrauit facultatem ad alienandum aliqua bona, ea que vt eius facultatis alienauit, & postea petat aliā facultatem, teneatur facere principi mentionem de prima, alioquin secunda erit inuita licet tanquā- surrepticia obrepta. Partem affirmantem suadere vi- detur, quod concessio eiusmodi facultatum, sit dis- pensatio: dispensatio vero addita priori dispensa- tione, sit nulla ac surrepticia, nisi de prima fuerit facta mentio dispensanti, vt constat cap. vltim. de filijs presb. lib. 6. & l. 3. in fine, C. de Episcop. audien. Ob quem textum dixit ibi Guliel. de Cuneo, inualem esse remissionem secundam de aliquo crimine, nisi principi remittent, fuisset facta mentio de alia prio- ri remissione alterius criminis eiusdem delinquentis. Molina ubi supra distinguendum arbitratur. Quod si noua facultas ad alienandum concedatur ex eadē priori & antiqua causa, ex qua facta iam antea fuit facultas ad alienandum, inualem ac surreptitiam sit se- cunda facultas, nisi facta sit principi mentio de prima facultate obrepta. Si vero noua facultas petatur ex alia noua superueniente causa, sit valida, minime que surrepticia, esto facta non sit mentio de priori co- cessa facultate, quoniam quævis distincta causa suffi- ciens ex se est, vt noua ex ipsa concedatur alienatio. Ad cap. vltim. de fil. presb. respondetur. Difficilius in- ualida ad duo, & ad vtrumvis foerim, concedi v- trumque, quam vtriusvis concedatur, ea que de causa surreptitia in eo capite censetur secunda dispensatio ad alterum, vna eum primo, atque adeo vt obtineat vtrumque simul, quando non fit mentio de prima di- pensatione, qua iam alterum obtinebat. Ad legem 3. citatam, similiter dicendum est, magis esse indi- gnum noua venia alterius delicti eum, cui iam antea delictum alterum est remissum, quam si nullum fuisset ei remissum: ea que de causa in ea lege concedi- tur, vt qui non ex graui delicto detinentur in carce- re, eruantur in festo Paschatis, nisi iam antea in alio festo propter aliud delictum eunti essent. Sane dice- rent, arbitrio prudentis, spectatis circumstantijs con- currentibus, esse iudicandum, & in causa sint, vt concedens secundam facultatem, notitiam haberet de prima iam concessa, denegaret forte secundam. Si enim illam denegaret, aut certe merito id esse- timendum, quia causa secunda non esset adeo vr- gens, & quia notabiliter minueretur maioratus, ad- dita secunda alienatione prima; tunc censendum est, inualem, surreptitiamque esse secundam fa- cultatem, non facta mentione de prima; alioquin valida, minimeque surrepticia erit censenda; eo quod non dubitetur, similiter fuisse concedendam, esto de prima facultate antea concessa, facta fuisset mentio.

Secundum. Ex eo, quod res, que iudicis autoritate, aut de creto venduntur, in publica subhaftatione vendi de- beant, colligit Molina. c. 3. citato. num. 44. vile esse, ac titum, vt res maioratus, que principis facultate alienantur, in publica vendantur subhaftatione, con- sentiuntque verba illa in eiusmodi facultatibus re- gij apponi consuetæ; *uendi dola in publica forma*; que intelligi solent, in publica subhaftatione, vt Mo- lina ait. Adde tamen, si aliter venditio bona fide, præ- terea iusto fiat, forsan dispensatõe solemnitate sub- haftationis, sustinebitur. Tempus ad vendendum in subhaftatione requiritur, de iure communi non est definitum, sed iudicis arbitrio relinquatur, vt eū lar. & alij, Molina ibidem. numero 46. subiungit. Ex- pedit vero esse ait, vt immobiliã triginta, mobiliã vero nouem diebus, in subhaftatione trahantur, ex- emplo eius, quod in alijs euentibus fieri solet. Quæ- tus, inquit, esto non tantum tempus in rebus maiora- tum. Tom. II.

Res sub hæta vendendis infumatur, annullanda non fit venditio, modo tempus competens fuerit infumatum, bonaque fide, absque dolo, ea venditio fuerit celebrata: quoniam, vt cum Gregorio Lopez, leg. 6. titulo. v. decimo, par. 6. verba que la m. p. uede. uen- der. col. 9. vers. aduerto etiam, subiungit, solum in ciuf- modi venditione requiritur bona fides, atque adeo tempus congruum spectatis circumstantijs concur- rentibus.

Cum in hoc regno facultas ad alienandum bona maioratus, concessa per verbum, fiat, antequam lite- ra conficiatur, & subscribantur à principe nõ con- tineat, fiat, ipsius principis, sed ministrorum, quos vo- cant *de la camera*, possitque à principe denegari ea facultas, iuxta ea que disp. 599. copiose de facultate ad instituumdum maioratum dicta sunt, vtique facul- tas illa per verbum, fiat, ministrorum *de la camera*, etiam si testibus probetur, aut per ipsum instrumen- tum ministrorum *de la camera*, non sufficit ad bona maioratus alienanda, neque censetur gratia & dispê- tatio ad ea bona alienandum integrè & perfecte co- cessa, ex parateque ea concessio morte principis, vt hæc omnia disputatione citata explanata, conpro- bataque sunt. Si uero ea facultas concessa fuisset im- mediata à principe per verbum, fiat (cuius contrariū habet stylos huius regni) aut per subsignationem principis literarum ea de re confectatur, tunc gra- tia, ac illa dispensatio, esset integrè ac perfecte co- cessa quoad substantiam & essentiam illius, neque expiraret eius principis morte, potestque probari, te- stibus, qui de gratia ita concessa sufficienter testifi- cantur, aut de literis à principe subsignatis, si literæ non compererent, ut ex dictis disputatione citata li- quet. Atque ad hæc admetienda sunt, quæ Molina hac de re tradit ubi sup. nu. 47.

Si possessor maioratus circa alienationem rerum maioratus contraheatur celebre, ut si tendat te- maioratus tato pretio, aut illam permittet cum alia sub- conditione, si princeps facultatem ad id concessit, confirmare, uel eum contraheatur, tunc neuter contraheatur potest ab eo contracta restituere, altero inuito, sed principis consensus est requiren- dus, ut uideatur, an conditio purificetur, ualidique omnino, ac firmus sit contractus, an vero conditio deficiat, & contractus reddatur nullus. Ita Molina ubi supra, nu. 48. cum Luca de Pena, & Mathæo de Afflictis.

Regia facultas ad alienandum bona maioratus, nulla redditur per non utum illius. decennio, ut ex dictis in calce disp. 599. satis liquet. Neq; est eadem ratio de facultate principis ad instituumdum maio- ratum, propter verba, quæ in hac secunda facultate apponi solent, & ibidem relata sunt. Atque ad hæc sunt etiam admetienda, quæ Molina hac de re ubi supra. nu. ult. tradit.

DISP. 651.

Qui ex facultate regia rem maioratus em- mit, an curare teneatur, ut inde alia res maioratus subrogetur. Et num, quod in compensationem pro re maioratus red- ditur, subijciatur eo ipso vinculo eius maioratus.

S V M M A R I V M.

1 Maioratus res si ex regia facultate venduntur, mo- do emptor id seruet, quod in facultate ei iniungitur, securus est, esto pretium in re alia consumatur.

3 Natio.

- 2 Maioratus res si sine regia facultate vendatur, aut permittitur, quod in recompensationem accipitur, non efficitur vinculo maioratus: secus si ex facultate Regis commutatio fiat. Pretium tamen valide distribuitur solum in re, ad quam data est facultas.
- 3 Si ex pecunia comparata ex re maioratus ematur res maioratus idonea ab eo, ad quem illam maioratus emere spectabat, efficitur maioratus, nisi expresserit sibi, non maioratus eam emere. Atque in hoc eventu, si successor in maioratu velit illam maioratus accipere, ad maioratum attinebit.
- 4 Maioratus si vniatur aliquid ex pecunia, aut ex permutatione rei eiusdem maioratus cum illa ex regia facultate, sortitur condiciones vinculi ceterarum rerum, adeo vt, si maioratus in hoc regno erat ex donatis ab Henrico, aut in Lusitania erat subiecti legi mentali, id etiam eandem conditionem habeat.
- 5 Maioratus ex rebus ab Henrico donatis, si ex facultate Regis aliquid principis, quando facultas censenda sit surreptitia, & alienatio nulla, quando res transeat libera, & quando cum conditione, quam antea habebat.
- 6 Maioratus bona si ad fiscum ob delictum attinerent, continuo desinerent habere maioratus vinculum: unde, si a Rege donaretur, libera essent, nisi aliud exprimeret. Et in Lusitania quando transiret legi mentali subiecti.
- 7 Maioratus res ex regia facultate, alienata si vendatur, quia alienatio fuit nulla, aut contractus vendatur ex l. 2. de res. vend. aut beneficia restitutionis integram, res manet maioratus, vt antea erat.
- 8 Res maioratus incorporata ex permutatione, aut ex pretio rei alterius eiusdem maioratus, si euincatur, an illa alia res, tanquam res adhuc perseverans maioratus, vendicari possit.

Quod ad primum attinet, suaderi potest, emptorem rei maioratus ex regia facultate, concessa, vt ex ea pecunia res alia maioratus subrogetur, vel vt aliquid aliud fiat, tenet, vt sit securus, curare, vt ex ea pecunia id ematur, aut id fiat, ob quod ea facultas fuit concessa. Quoniam, vt disp. 300. eo piose ostendimus, non est securus, qui contrahit cum Ecclesia, ciuitate, aut minore, nisi id conuertatur in vtilitatem Ecclesie, ciuitatis, aut minoris: ergo, qui emit aliquid maioratus, non erit securus, nisi pretium in vtilitatem maioratus conuertatur, vel infumatur in causa, ad quam id a principe alienari est permittum.

Dicendum tamen est, cum Molina libr. 4. de primog. cap. 4. numc. 22. & 23. eiusmodi emptorem securum esse, esto pecunia illa postea non infumatur in eo, ad quod fuit concessa facultas, vt alienari ea res possit; modo tamen, si quid in facultate fuit iunctum emptori (vt iniungi consuevit, vt pecunia tradat tali depositario) id efficiat: quare, si solum ei iniungatur, vt pecuniam tradat in sequestrum depositario, quouique res alia ematur, aut vt ille aliquid ex illa efficiat, tutus est emptor eo ipso, quod, iuxta formam facultatis, eam tradit ei depositario, quicquid postea de illa fiat: si vero solum in facultate concedatur possessori vendere id posse, vt tale, vel tale quid, ex pretio efficiat, tutus erit emptor, tradendo pretium ei possessori, & multo magis, si in facultate exprimitur, vt pretium illi tradatur. Probatur, quoniam hic celebrat contractum iuxta prescriptum facultatis ad eum valide celebrandum, neque plus ei iniungitur, quam vt eo modo soluat pretium. Et quoniam, quæ disput. 300. citata dicta sunt, solum habet locum in contractu mutui, facto Ecclesie, ciuitati,

aut minori, vt ibidem ostendimus; non vero in alijs contractibus, neque id privilegium extensum reperitur ad maioratus, aut comparatione bonorum maioratus: quare illa aptari nequeunt rei, de qua nunc disputamus. Idem confirmatur ex l. vlt. ff. de exercit. act. Vbi quando exercitor, hoc est, qui nauem locat ad vehendum homines, aut merces, magistrum illi præficit, qui illam in sui absentia gubernaret, pariterque exercitoris ageret, si nauis in itinere refectione indigeat, & aliquis mutuo det pecuniam magistrum ad eam refectionem necessariam, modo illam det loco & tempore, quo ad eam refectionem erat necessaria, neque plus det quam ad id sit necessarium, tenetur exercitor ei mutuantem de ea pecunia mutuatam, esto a magistro nauis in ea refectione non sit cõsumpta, sed in re longè diuersa: quia satis est mutuantem, in id, quod nauis erat necessarium, mutuum pecuniam dedit, vt exercitor ad id mutuum teneatur, neque curare tenetur, vt pecunia in eo infumatur, ad quod tunc necessaria erat, mutuoque ab ipso data est: que idem profusus est in re proposita: satis quippe est, vt emptor rei maioratus eam emat ex facultate principis, data ex causa, quam princeps necessariam iudicauit, & ad quam vendi facultatem dedit, neque tenetur curare, vt pretium in ea re infumatur, neque aliud facere, quam id, quod in facultate regia fuerit ei iniunctum circa pretij solutionem. Idem confirmatur ex l. 1. §. non autem, a vers. vnde quæritur ff. eod. titu. vbi idem statuitur, quod ex leg. vlt. relatum est. Confirmatur etiam ex l. liberto. in prin. ff. de neg. gest. vnde merito Bar. l. alio, ff. de alim. & cib. legatis, dixit, exequutores testamenti viderant rem defuncti ad soluendum contentam in testamento, emptores esse securos, esto exequutores pretium in vltis alios conuertant.

Quod ad secundum attinet, suaderi potest, pretium, ex re maioratus vendita comparatum, aut quoduis aliud in recompensationem pro ea acceptum non affici eo ipso vinculo maioratus, quasi subrogatum maioratus loco rei ex illo legitime alienata, nisi id expresse dicatur, & multo minus, si quid postea ex eo pretio ematur. Quoniam pretium, licet in vniuersalibus, vt est hereditas, succedat loco rei; non tamen succedit in particularibus, vt constat. l. qui vas, §. vlt. ff. de furtis. venditor ex hereditate, ff. de hered. vel act. vend. Neque item res succedit loco pretij, leg. sed & si res, §. i. ff. de pec. hered. qua ratione definitum est, rem emptam ex pecunia aliena, nõ effici eius, cuius erat illa pecunia, sed emptoris, vt constat, l. si ea pecunia, C. de rei vendic. & alijs iuribus, quæ disp. 327. conclus. 2. citauimus, quoniam in loco rem hanc late docuimus.

Distinguendum vero est, Quod aut res maioratus fuit alienata sine facultate principis ad id legitima, & tunc pretium, aut aliud in recompensationem acceptum, pro ea re maioratus, non afficitur vinculo maioratus, neque ad maioratum pertinet. Ita Molina c. 4. citato. n. 20. Ratio autem est, quoniam alienatio illa rei maioratus fuit nulla, dominiumque illius adhuc ad possessorem maioratus spectat, spectabitque ad successores reliquos in eodem maioratu, qui vendicare illum poterunt, tanquam rem perseverantem maioratus; venditorque, aut heredes illius, tenebuntur emptori de euictione, quare pretium ad venditorem, aut ad heredes illius, spectabit: id eõdem est de re alia quacunque accepta in recompensationem pro re illa maioratus: vt hæc omnia conclusionem 2. citata, explanata a nobis sunt.

Quando autem res alienata fuit legitima ex principis facultate, idque vt ex pretio alia emeretur, quæ subrogaretur, & vniatur maioratus, aut permutata fuit pro re alia, quæ incorporaretur maioratus, tunc dicendum est, pretium, donec ex illo res alia ematur,

qua maioratus vniatur, pertinere ad maioratum, afficiq; vinculo maioratus, & similiter rem permutatione comparatam pro alia re maioratus continuo affici vinculo maioratus, ad maioratumque pertinere. Probatur, quoniam venditio, aut permutatio, ex ea legitima facultate, est agendum negotium maioratus, ad quod ea facultas data est, neque aliter esset valida, aut aliter facta præsumitur, quoniam ex tali facultate est facta: ergo pretium pertinet ad maioratum, interim dum ex illo non comparatur res alia; & similiter res permutatione pro re maioratus acquisita, pertinet continuo ad maioratum tanquam vinculo illius eo ipso affecta, patet proinde alienari non potest sine noua facultate. Quæ consequentia, quoniam, quando res aliquid ad aliquid, vel ad aliquid spectans, venditur, aut permutatur, negotium illius, ad quæ, aut ad quod, pertinet, rite atque legitime agendo, vtiq; pretium, aut res permutatione acquisita, ad eum, vel ad illum idem, pertinet. Neque refert, quod in particularibus pecunia non succedat loco rei. Tunc quia maioratus est quippiam vniuersale, vt probat, & cum multis, quos citat, affirmat Molina libro primo de primog. c. 26. nu. 19. Tum etiam, quoniam illud intelligendum est, quando res non venditur, aut permutatur, agendo negotium eius, ad quem, vel ad quod, ea res spectat, sed suum proprium; quod est præsumendum, quando non sunt circumstantie, quæ persuadent agi negotium eius, ad quem, vel ad quod, ea res spectat, vt in re proposita pertinet, rem vendi, aut permutari, ex facultate concessa præcisè ad agendum negotium vinculi maioratus. Contra vero, licet in vniuersalibus pretium, aut res, pro qua alia permutatur, succedat loco eius rei, id intelligitur, nisi res vendatur, aut permutetur, agendo negotium proprium, & non hereditatis, aut rei alterius vniuersalis; vt si res vendatur, nõ tanquã pars rei vniuersalis; sed tanquam mere particularis: quod nõ præsumitur, quoniam venditur ab eo, ad quem admistratio rei vniuersalis pro tunc spectat. Limitatio ad iudicia in venditione rei spectans, ad aliquid vniuersale, colligitur aperte ex l. sed etiam, §. i. iuncta illius, verb. conuertit, ff. de pec. hered. sententique glo. vlt. Imperator. §. vltim. ff. de lege secunda: quæ eo modo conciliat vtraque legem. Limitatio vero ad iudicia in venditione rei particularis, colligitur ex leg. 1. C. si quis alteri vel sibi, consentit; Grego. Lopez. lege 49. titu. 1. parti. 1. §. glo. prima. Atque hæc sunt, quæ inueniuntur Molina, capit. quarto, citato numero trigelimo primo, & trigelimo secundo, licet rem non adeo exactè explicet.

Dictum est, pretium, donec ex illo res alia ematur, quæ maioratus vniatur, pertinere ad maioratum; quoniam, cum facultas ad rem vendendam, concessa sit, vt ex pretio alia ematur, quæ maioratus vniatur, sane, licet interim dum ex eo pretio res illa alia non ematur, quæ vniatur maioratus, pretium illud ad maioratum attineat, vinculoque maioratus sit alligatum, vt non ad aliud possit alienari, quam ad emendam rem, quæ loco prioris maioratus vniatur; non tamen ita est affectum vinculo maioratus, vt simpliciter ac omnino sit prohibitum alienari, quin potius eo ipso permittum est alienari, absque noua alia facultate, ad emendam eam rem, quæ maioratus vniatur. Hinc intelliges, si maioratus possessor in alijs rebus infumatur pretium illud, emendo mobilia, aut immobilia, quæ constet non emi, vt vniatur maioratus, & quæ ad id non inferuiant, pretij dominium non transire in venditorem earum rerum, neque in alios, quibus titulo oneroso, aut gratuito, datum sit a venditore; quin potius, si constet de toto pretio, aut de parte illius, vbi & apud quem sit, ita vt intelligatur esse hanc numero pecuniam, vendicare eam posse successores in eo maioratus;

imò verò, si constet, in quo acervo sit permixta cum alia pecunia, ita vt, ob permutationem cum maiori alia copia pecunie, dñum illius per accidens transierit in possessorem, iuxta ea quæ disp. 326. ante respõsionem ad primum argumentum dicta sunt, cõpetitur in re possessori maioratus, vt ex eo acervo ea pecunie quantitas maioratus tradatur, & in ea pretium ceteris creditoribus possessoris eius acerui, vt ibi copiose explanatum est. Hæc eadem dicenda similiter sunt, quando facultas vendendi rem maioratus, datur, vt ex pretio aliquid aliud fiat: interim enim dum id non fit, pretium ad maioratus pertinet, & vinculo illius est affectum: quando verò in eo infumatur, ad quod fuit concessa facultas, vt res maioratus venderetur, tunc verè alienatur, transitq; dominium illius in accipientem: quod si in re alia infumatur, inualida est ea alienatio.

Quando ex pretio rei maioratus, possessor emit rem aliquam, siue expressè illam emerit, vt esset maioratus, loco rei antea ex maioratu alienata, siue nihil exprimeret, modo tñ talis qualitas ea res sit, quæ inferuiat, vt maioratus vniatur, præsumitur esse affectum empta, vt sit maioratus, ac proinde eo ipso afficitur vinculo maioratus, ad maioratumque pertinet, loco rei antea ex illo venditæ. Ita Molina c. 4. citato, n. 33. Ratio autem est, quoniam licet, qui ex pecunia aliena aliquid emit, censetur sibi, & nõ dño pecunie, id emere, vt ex iuribus disp. 327. cõcl. 2. a nobis citatis, liquet; excipitur tamen, quoniam illi incubebat age re ea in parte negotij eius, cuius erat ea pecunia, aut rei, ad quam ex pecunia spectabat, vt res ex se, & ex supradictis, est satis perspicua, atq; vtrunque colligitur ex l. 49. tit. 1. par. 1. & ex iuribus, quæ ibi Grego. Lopez citat: tunc enim præsumitur agere ea in parte, nõ suum negotium, sed alterius, aut rei, ad quam ea pecunia spectabat, quæ de causa in re, de qua disputamus, possessor maioratus præsumitur emere ex ea pecunia rem illam, nõ sibi, sed in maioratu, cuius illa pecunia erat.

Quod verò maioratus possessor ex ea pecunia emit rem mobilem, & aut aliam, quæ maioratus non inferuiat, vel expressit emere eam, nõ maioratus, sed sibi: tunc quidem ea res ad maioratum non spectat; at tamen successores in maioratu vendicare possunt pecuniam; quæ ea res fuit empta, si sciatur vbi sit ea numero, quæ erat maioratus, iuxta ea, quæ supra dicta sunt: emptor verò rei illius ea pecunia, hæretque ipsius, tenentur venditori de euictione talis pecunie: si verò pretium aliunde venditori non persoluerat, repetere poterit rem venditam, penes quemcumque fuerit reperta, & quocumque titulo ad possessorem peruenierit: quoniam, vt in materia de venditione, & alijs dictum est, venditor non amittit dominium rei venditæ, etiam si illam tradiderit, donec verè sit ei pretium solutum; aut illud habeat pro soluto. Illud obseruandum censeo, quæ maioratus possessor, ex ea numero pecunia, quæ erat maioratus, ad id deputata, vt ex ea maioratus res idonea emeretur, rem quidem emat, sed cum expressione, quod sibi, & nõ maioratus, illam emat, attingere nihilominus ad maioratum, si idonea sit maioratus, aut si maioratus eam velit, quia aliunde successores in eo comparare non possunt maioratus eam pecuniam, præferendisque sit maioratus ea in re ceteris creditoribus eiusdem emptoris. Ratio autem est, quoniam ea pecunia ad id erat deputata, vt inde emeretur res maioratus, & non vt emeretur administratori illius pecunie: neque sola intentio & expressio illius, quod sibi velit emere eam rem ex pecunia maioratus, præiudicium afferre ea in parte potest maioratus: sicut, quamuis administrator bonorum minoris aut Ecclesie, qui ex pecunia minoris, aut Ecclesie, emit rem aliquam, intendat emere illam sibi, &

non minoris aut Ecclesie, in optione tamen minoris aut Ecclesie, est accipere eam sibi, quali sibi eo pretio emptam, ut habetur l. 49. citata. & alij iuribus, que ibi Greg. Lopez citat: multo vero magis id locum habet in re proposita, eo quod eam pecuniam acceperit possessor maioratus, destinataque esset, ut inde maioratus emeret, & non sibi. Quare non est eadem ratio de hoc, & de depositatio, qui ex pecunia, quam habet in deposito, minime deputata, ut ipse ex illa deponenti aliquid emat, sibi aliquid emit: in quo euentu sibi, & non deponenti, comparat dominium rei emptæ ex pecunia deponentis: quod discrimen non satis attendit Molina, ubi supra nu. 37.

Quando ex pretio rei maioratus alienata, emitur alia, que vnitur maioratus, aut quacunque alia ratio ne res una subrogatur, & vnitur maioratus, loco alterius, succedit ea res in maioratus cum omnibus qualitatibus cæterarum rerum, que ad eum maioratum pertinent, ac si à principio cum alijs vnita esset eidem maioratus, ut ex se perspicuum, & affirmant Gregor. Lopez l. 6. ti. 11. par. 6. ver. que no la pudiese vender, colum. penult. §. item pone, ver. aduerte etiam & Molina ubi supra num. 36. Hinc Molina nu. 38. recte infert, si habent maioratum, ex bonis coronæ huius regni donatis ab Henrico secundo, facultas concedatur vendendi aliquid eorum, ut ex pretio aliud ematur, ac subrogetur eidem maioratus, vel permutandi illud cum alio, tunc, quod accedit maioratus loco alterius alienati ex illo, sortietur conditiones eius maioratus, ac proinde, si vltimus talis maioratus possessor, sine liberis decedat, etiam quod ita in eo maioratus fuerit subrogatum, regredietur ad regiam coronam. Idem dic in Lusitania, si facultas similis concedatur alienandi aliquid de bonis maioratus, in quo vim habeat lex metalis: si enim vltimus talis maioratus possessor, sine liberis masculis decedat, id etiam, quod in eo maioratus, similiter fuerit subrogatum, vna est cæteris eiusdem maioratus bonis, reuertetur ad regiam coronam.

Dubium est, si quis habeat maioratum ex rebus ad Henrico secundo donatis, & Rex concedat illi facultatem alienandi aliquid eorum bonorum pro aliqua maioratus necessitate, absque obligatione aliquid loco illius subrogandi, pretiumque sit consumptum, num res illa transeat ad illum tertium, cui one re, quod antea habebat, ut scilicet, si vltimus illius possessor sine liberis decedat, redeat ad regiam coronam. Greg. Lopez l. 10. ti. 26. par. 4. verb. vendien do, col. 4. ver. sed an pretium, affirmanter respondet. Quoniam, inquit, id onus est veluti seruitus realis eius rei, que cum ea transit ad quemcunque eius rei possessorem. Melius tamen Molina, ca. 4. citato nu. 40. distinguit. Quod aut Rex tempore concessionis eius facultatis, id onus eius rei ignorabat, quia nulla de illo mentio ei facta est: aut illud sciebat. Si ignorabat, tunc ait: vel facultatem fuisse nullam, atque adeo alienationem fuisse nullam, vel rem transisse ad emptorem cum eo onere, etiam si emptor id ignorauerit: atque in hoc secundum propendet Molina. Dicerem, si venditor, qui eam facultatem obtinuit, carebat liberis, aut spes erat magna, quod res illa, minime vendita, citius denouleretur ad coronam regni, quam transendo ad emptorem, tunc facultatem, ac alienationem censendas esse nullas, saltem ad effectum, ut mortuo venditore sine liberis, continuo id bonum redeat ad regiam coronam: quoniam si eadem qualitate sciret tunc Rex, & eas circumstantias, non concederet eam facultatem, nisi forte cum ea restrictione, ut mortuo venditore sine liberis, res statim ad coronam regni rediret, aut certe illam concederet longe difficilior, ac proinde censenda est ea facultas futrepticia, & alienatio nulla, ad effectum, ut mortuo venditore sine liberis, res perscueret apud em-

ptorem, & apud ipsius liberos, nec redeat statim ad regiam coronam. Si verò æqualis spes erat, quod ea res aequè cito rediret ad regiam coronam, transendo in emptorem, ac manendo apud venditorem, tunc dici potest, eum Molina, facultatem, & venditionem, fuisse validas, sed rem transire cum suo onere, ut vltimo illius possessore decedente sine liberis, res continuo ad regiam coronam redeat. Ratio autem est, quoniam princeps censendus non est, intendisse renunciare suo illi iuri: quare ignorabat, cum tanto coronæ regni detrimento: quod ea facultas intelligenda est, absque vilo coronæ regni detrimento. Vnde admonet Molina eos, qui ex regia facultate emunt res maioratus, aut in eis cæsum emunt, cautè attendere debere, num ea bona sine ex donatione Regis Henrici, & num Rex, sciens talia esse, eam facultatem concedat, remittatque id onus earum rerum: an non, ne forte, mortuo vltimo possessore sine liberis, cogantur reddi libera coronæ regni.

Si verò Regi, tempore concessionis facultatis, significatum fuit, ea bona ex donatione Regis Henrici profluxisse, facultatemque aliquid alienandi ex illis concessit, non referendum in ea facultate coronæ regni ius suum, tunc censendus est, intendisse remittere id onus ac qualitatem, illudque liberè omnino transisse in emptorem. Ita Molina ubi supra numero 43. refert, ex se satis est manifesta. Habet autem locum præsertim ex eo, quod in facultatibus regijs ad bona maioratus alienanda, apponi solet, concedi facultatem alienandi ea bona tanquam libera, non obstantibus vinculis, substitutionibus, & alienationis prohibitionibus, quibus verbis, à principe scienter prolatis, qualitas maioratus ab eisdem bonis auferitur, & que libera omnino efficiuntur. Quando tamen facultas concederetur ad alienandum aliquid, appolitis his verbis, *si peruisio de me sua coronæ reat*, que referentur ibidem Molina, interdum apponi solent, tunc satis perspicuum est, non censeri remissam eam qualitatem, siue de illa metio facta fuerit in supplica, siue non.

Quod attinet ad alienationes cum regia, aut sine regia facultate, bonorum, in quibus in Lusitania locum habet lex metalis, lege, que disp. 576. dicta sunt. Si bona maioratus ex delicto aliquo ad fiscum pertinerent, continuo amitterent vinculum antiqui maioratus. Quare, si princeps ea donaret, neque exprimeret, ut essent alligata eodem vinculo maioratus, quo antea erant, vel alio, libera censentur in potestate donatarij. Ita Greg. Lopez l. 6. ti. 1. par. 6. verb. *queno la pudiese vender* in prim. & Molina ubi supra nu. 45. & alij, quos citat. In Lusitania autem, quando eiusmodi bona censenda essent subiecta legi metali, & quando non disp. 576. dictum est.

Si res maioratus ex regia facultate vendita, aut permutata cum alia, venditur à maioratus possessore, eo quod alienatio fuerit nulla, tunc facile constat, rem illam nunquam, quoad dominium, desinisse esse maioratus illius, ac proinde affectam redire, ac manere, vinculo eiusdem maioratus. Ita Molina, ubi supra num. 47. cum plerisque alijs, quos citat. Idem quoque dicendum censet, si redeat refectione contractus ex l. 2. C. de rescindenda venditione, aut beneficio restitutionis in integrum, nihil impediens, quod dominium illius medio illo tempore fuerit apud eum, cui antea fuerat alienata. Ratio autem est, licet ille eam non reddat, quoniam rescinditur contractus agendo negotium maioratus, tamen si in beneficio restitutionis in integrum, cooperetur ad rescissionem præiudicium minoris, qui rem alienauit: cæterum is, qui illam alienauit tanquam rem maioratus, petit restitui in statum, in quo antea

era

tea erat, qui sanè erat status rei maioratus ab ipso possessore.

Dubium est, si ex facultate Regis vendatur res aliqua maioratus, ut ex pretio res alia commodior maioratus ematur, aut ex facultate Regis res aliqua maioratus permutetur pro alia, & postquam res illa ex eo pretio empta fuerit, aut permutatione acquirita, emittatur, quia aliena erat cuiusdam tertij, vel aliqua alia ratione: vtrum tunc locus sit repetitioni rei, que antea ex maiori pro illo pretio vendita fuerat, aut permutatione fuerat pro alia tradita, an non, sed maioratus, possessoreque illius, vtraque debeat carere.

Molina, ca. 4. citato, num. 47. respondet, eo ipso, quod res permutata emittitur, posse maioratus possessorem vendicare rei maioratus pro ea permutata. Quod probat ex cap. si beneficia, de preb. lib. 6. ubi affirmat, doctores communiter id notare. Quando verò, pretio comparato ex re maioratus, empta fuit maioratus res alia, que euicta est, distinguit. Quoniam, si facultas concessa erat, ut res maioratus venderetur, ut ex pretio res alia, determinata in singulari, emeretur maioratus, tunc, inquit, euicta ea re, potest vendicari res maioratus, que ad emendam illam, que euicta est, fuit vendita. Id probat, quoniam in eo euentu, facultas concessa à principe ad rem maioratus vendendam, ut illa alia emeretur, est censenda nulla, vtpote ex falsa causa concessa: sicut decretum iudicis ad vendendam rem minoris ex falsa causa interpositum, est nullum, potestque minor, nihil venditione ex eo decreto obtinente, vendicare rem ita venditam, ut habetur l. 1. §. 1. illis verbis: *Manente pupillo actione, si postea poterit probare obreptum esse pretori*: & apertus l. magis §. penult. ff. de reb. eo r. Quod, inquit, aded verum est, ut decretum, ex falsa causa interpositum, nullam efficiat venditionem, etiam si falsa causa in ipso decreto expressa non sit, ut cum Alexandro, ex prædictis iuribus affirmat. Id quod ait in regijs facultatibus, eis de rebus concessis, apertius procedit: quoniam nunquam aliter conceditur facultas regia ad alienandam rem maioratus, ut ex eius pretio res alia subrogetur, nisi facta ratione, quod id ipsi maioratus vtilitas ac expedientis sit: ex quo, inquit, constat, facultatem nullam esse; cum hæc sit causa finalis concessionis eiusdem: etiam si id ex ignorantia sit, ut probat capit. super litteris, de resc. & affirmat Felin. ibi, & doctores eodem munere: atque ad hæc ait esse maxime aduertendum, ut intelligatur, quantis periculis sint ij obnoxij, quibus res maioratus distrahantur. Si autem, inquit, facta concessa est ad hoc, ut res maioratus vendatur, pretiumque deponatur, ut ex eo res alia ematur, que loco illius subrogetur, dicendum erit, si emptor tenorem ac formam facultatis obseruauit, pretium deponendo, etiam si ex illo postea empta sit maioratus res aliqua, que euincatur, emptor rei maioratus ad nihil tenebitur, neque poterit res maioratus semel ritè ab eo empta, vendicari. Si enim emptor rei maioratus ea lege vendidit, ut ex pretio alia ematur, que loco alienata maioratus subrogetur, non tenetur curare, ut ea res ematur ac subrogetur, ut sup. dictum est, securusque manet: facta pretij consignatione, etiam si postea pretium in vltis alios conuertatur, sanè longe maiori cum ratione idem dicendum erit, quando ex pretio res alia empta fuit, que postea fit euicta. Hæc Molina ibi.

Ego verò in hoc quidem vltimo cum Molina cōsentio: in duobus autem prioribus ab eo asseritis, lōgè ab illo dissentio, arbitrorque; falsa ea esse. Etenim permutatio illa non solum sit stipulatione fit vallata, ut regulariter vallari solet, sed etiam si non sit vallata stipulatione, eo ipso, quod traditio est vtrinque facta

Decisio.

est, est contractus completus ac vestitus, ut disputatio 255. explanatum est: quod si aliquid euincatur ex vtrinque traditis, non propterea dissoluitur contractus, sed, qui id tradidit, tenetur de euictione, ac proinde, si alter, quod fuit traditum fuerat, bona fide alteri alienauit, non potest ab illo, ad quem peruenit, vendicari: sed solum, qui illud in permutatione tradidit, aut heredes illius, tenentur alteri de euictione eius rei, que ei in permutationem tradita fuerat. Et multo magis hæc vim habent in hoc Castellæ regno, vbi sublata est differentia pacti nudi & vestiti, daturque ex pacto nudo actio, ut disp. 258. dictum est. Capitulum aut si beneficia, de præb. lib. 6. quod in confirmationem suæ sententiæ Molina citat, quasi eo ipso, quod due res permutate sunt vna cum alia, si vna euincatur, possit, qui illam accepit, vendicare, quam in permutationem pro ea dedit, vbi cūque illa fuerit reperta, & ad cuiuscunque manus detenerit, sanè id non probat. In eo enim capite, ex quadam æquitate, consentaneæque ad rectam rationem circa Ecclesiastica beneficia, est statutum, quod quod beneficium dimisit, occasione, quod ei collatum est alterum beneficium incompatible, quod accollatum est ignorabat collationem illius ad sedem petierit Apostolicam, si statim, ac scit à sede Apostolica esse alteri collatum, illud sine mora, & contradictione, dimittat, posse liberè occupare beneficium antea à se dimissum, esto collatum sit cuiuscunque alteri, quod sanè (præsertim cum glossa ibi verb. sine culpa, ad pellet priuilegium) trahi non potest ad rem temporalium permutationes, vt scilicet, si euicta sit res in permutatione sibi pro alia tradita, possit ipse vendicare & occupare, quam dedit, vbi cūque illam repererit: cum ius civile aliter huic consulerit, nempe vt, qui eam ipsi tradidit, hæc desue illius, tenentur ei de euictione. Quæ ratio, equi non permutant pro re alia maioratus, si ea, quam ipse tradidit, euincatur, tenebitur maioratus, possessore illius de euictione: quemadmodum, si res ipsi tradita ex maiori tu, euincatur, tenebitur ipsi, qui illam cum eo permutauit, de euictione.

Quod item dicit, vendita uidelicet ex facultate principis rei maioratus pro pretio, vt ex illo res certa & determinata ematur maioratus, si illa euincatur postquam maioratus empta fuerit, vendicari posse rem maioratus: eo quod facultas à principe ad eam venditionem concessa, fuerit nulla, & per consequens ea venditio ex ea facultate fuerit etiam nulla, vtpote ex falsa causa concessa: falsum profecto, valdeque à recta ratione alienum, mihi uideatur. Etenim, vt facultas à principe concessa ad vendendam rem aliquam maioratus, sit valida, præsertim comparatione eius, qui contractum formaliter, & materialiter iustum ac onerosum ex ea facultate celebrat, qualis est, qui eam ex ea facultate pretio emit, nihil se restringendo, quod res, que postea ex eo pretio maioratus ematur, sit verè illius, cum quo distinctus contractus celebratur emptio rei alterius pro eodem pretio, vel pro parte illius, aut etiam pro eo pretio & aliquo alio incremento: vt, inquam, ea facultas in hoc euentu comparatione huius sit valida, & emptio & veditio ex eadem facultate immediate profecta, sit etiam valida, satis est, vt causa, que tunc se offerre bat, & prout tunc se offerrebat, esset iusta & rationalis, nullo interueniente dolo, aut scientia contraria, ex parte huius emptoris; neque ad hunc emptorem spectabat, vel illud aliud, vel causam examinarem, sed ad principem, qui facultatem concedebat, ad suosve ministros, & ad possessorem maioratus, qui in suum, & in maioratus commodum, eam facultatem petebat, id spectabat, emptorque hic tuto se putat, ac debuit, committere examini principis, tutorumve ministrorum, & causa, quæ princeps iustam

Ad prim.

ac rationabili iudicavit: neque, quod postea fecit da emptio alterius rei ex eo pretio, non profertur fuc cedat maiorati ex causa aliqua occultata, vltum pra iudicium parere debet, aut potest, emptori primo, vt emptio à te ritè ac iuste formaliter, & materialiter rei maioratus celebrata, firma ac valida non fit, modo tamen, si inuicem eum ei fuit, ut pretium non aliter traderet, quam in emptione illius alterius rei, aut venditori euidentem rei, vel alicui depositario, qui in eam emptionem illud seruet, opere impleverit: ne que sanè recta ratio, beneque instituta res publica, aliud postulat, ab irrationabilibusque omnino essent leges, quæ contrarium statuerent, vt attentè rem consideranti, statim lumen ipsium rationis offendit: qua re nequaquam credendum est, iura quæ Molina in confirmationem suæ sententiæ citat, eam intendisse, aut ex illis eam sequi. Adde, possessori maioratus aduersus venditorem rei euictæ, competere actione de euictione, non solum ad pretium, quod pro ea re dedit, sed etiam ad interesse, vt eam maiorati emat vel aliam, ex qua commodum æquale sequatur, vel tantum soluat, quantum maioratus, possessoribus ve illius, intererat eam rem non esse euictam: ei verò, qui rem maioratus emit & pretium soluit, vendicata re ab ipso ritè empti, nullum remedium competit aduersus secundum venditorem, cum quo ipse non celebrauit contractum. Ad duo verò iura, vnde Molina præcipue eam sententiam colligit, dicendum est, illa habere locum, quando iudici fuit significatum, minorem grauatum esse are alieno, necessariumq; esse ad illud soluendum, vendere id immobile minoris, cum tamen grauatum non esset are alieno; aut illi propolita fuit illa iusta causa ad alienandum, quæ verè non erit, in quo sanè reperitur obreptio, de qua in eis iuris est sermo. Si tamen, quia prædium vnum multò magis expediebat minori, quam aliud, cuius erit dominus, iudex de cretum interponeret, vt venderetur, vt ex pretio compararetur illud aliud tunc vitæ valida esset prima venditio; quia ex vera causa rationabiliter existimata, fuisset venditum, neque in eo decreto reperiretur obreptio, & esto postea, vel casu fortuito non fequeretur emptio illius alterius, vel emptum euinceretur, non dissoluitur prior venditio ritè, & rationabiliter, atque absque obreptione tunc facta. Adde, id, de quo in eis iuris est sermo, esse priuilegium minoris, quod non reperitur concessum maioratibus, possessoribus ve maioratum: quare inde non trahitur validum argumentum ad id, de quo disputamus. Quod autem in supplicia facultatem ad vendendum rem maioratus, mentio fiat, quod id maiorati vitius sit, sanè, quod ad primam venditionem attinet, nihil falsum proponitur: & licet, quatenus ad ulteriorem emptione ordinatur, falsum id in se fit, satis profecto est, quod ex circumstantijs, quæ tunc occurrunt & cognoscuntur, vitæ rationabiliter ac prudenter habeatur, vt nulla, comparatione prima venditionis, interueniat obreptio, validaque proinde sit ea facultas prudenter data, & venditio ex illa subsequuta. Ad capit. uerò ex litteris de rescrip. vbi habetur, esto in petitione rescripti, ex ignorantia & simplicitate, supprescriptum fuisset aliquid, quod si fuisset propolitum, rescriptum non concederetur, esse nullum tale rescriptum, neque iudicem posse procedere ex eo rescripto, nisi fortè ad cognoscendum & examinandum, num veri tale quid iuppressum fuerit, an non. Ad illud, inquam, capit. dicendum est, id locum quidem habere in gratijs, & in similibus concessionibus, atque etiam in re propolita, si, antequam ea facultas executioni mandetur, sciatur, rem aliam, ad quam res maioratus venditur, euicij posse: fecus autem, si in re propolita, & in similibus alijs, que in damnum cedere possunt eorum, cum quibus ex ea facultate

Ad secundum.

Ad secundum.

Ad tertium.

te contractus celebratur, id ignorant, & rationabiliterque, modo explicato, ea facultas sit petita; & concessa.

D I S P V T. 652.

Examen, ac decisio, quorundam dubiorum circa facultates ad alienandum res maioratus, & circa earum alienationem, & vi earundem facultatum.

S Y M M A R I U M.

- 1 Maioratus res si ex regia facultate pignori, aut hypothecæ subijciantur, vendi absque alia facultate possunt, quando aliunde non potest solui debitum, præcise quantum ad id satis. Totiusq; census super maioratum absq; alia facultate constitui, non vendatur.
- 2 Maioratus res si vendi concedatur, pignori & hypothecæ subijci potest, & in ea constitui census ad idem intentum, quando id vitius maioratus est.
- 3 Facultas vt res maioratus certo pretio vendatur alicui certe persone, si non intuitu eius persone, facta est, sed in commodum maioratus ac successorum in illo, vendit ex eadem facultate potest alicui in aequali, aut in maius commodum maioratus.
- 4 Maioratus si bona inuicidè alienentur sine regia facultate, ex superueniente regia facultate non euadit tur pena, si que antea ob eam alienationem erat in cursa, neg. ualida redditur talis alienatio, nisi ex ea facultate confirmetur.
- 5 Facultas alienandi bona maioratus, si concessa sit possessori, tunc non transit ad successores: fecus si successoribus sit concessa.

Primum dubium est, vtrum subiectis rebus maioratus pignori, aut hypothecæ, extranea facultate, possint tales res suo tempore, absque noua Regis facultate, vendi, ad soluendum debitum, pro quo erant pignori, aut hypothecæ, subiectæ, quando aliunde non soluitur. Ad quod affirmanter est respondendum cum Gregor. Lopez. l. 6. tit. 1. par. 6. verbo que la no puede vender, col. 8. vers. & si data, & cum Molina lib. 4. de priuileg. cap. 7. num. 2. idque probat. l. si pupillorum. §. si pupillus. ff. de reb. eorum, qui sic habet. Si pupillus dedit res pignori ex permisso pretoris, nonnulla erit dubitatio an alienatio possit impediri. Sed dicendum est, posse creditore us iura exequi. Tutius tamen fecerit, si prius precorem adierit. Cōsentunt Bald. & alij, quos Molina refert, & que à nobis dicta sunt disp. 658. §. quædo aliquid ritè, suffragaturque ratio: quoniam, qui concedit antecedens, concedit & consequens, quod necessario ex illo inferitur: ea quippe ratione, ut ait Bart. res alienari prohibita, non potest subijci pignori, aut hypothecæ, quia inde peruenitur ad venditionem eius rei, si debitum aliunde non soluat. Acque ita Molina ibidem testatur, pluries vidisse vendi res maioratus, hypothecæ subiectas, ad soluenda ea debita, absque noua Regis facultate. Neque dictis refragatur eadem. l. si pupillorum, §. si prætor: quoniam in eo paragrafo solum dicitur, ex decreto, & facultate prætoris ad subijciendum pignori, aut hypothecæ, rem minoris, non posse tutorem, aut curatorem, eam immediatè vedere ad aliquid aliud, aut è contra, ex decreto & facultate prætoris ad rem minoris vendendam, non posse procedere tutorem, aut curatorem. ad eam subijciendam pignori, aut hypothecæ. Obseruat Greg. Lopez. colum. 8. citata, vers. aduerte, Molina vbi supra num. 4. consentaneè ad alios, quos citant, & ad ea, quæ copiosè disput.

put. §. 8. citata explicata à nobis sunt. In tali venditione pignoris, aut hypothecæ, ex rebus maioratus, sicut in hypothecis, & pignoribus ceterarum rerum, quæ liberæ vnde dolum, aut fraudem, interuenire nõ debere. Vnde si pro dotis restitutione castrum, seu oppidum, maioratus sit obligatum, in quo multa redituum membra inueniantur, quorum unum ad dotis solutionem sufficit, illud solum vendi debet, & non oppidum, aut reliqua membra: debetque vendi, quod minus detrimentum maiorati afferat, si illud sufficiat ad debitum soluendum, in quo boni tiri arbitrium verari debet, argumento l. magis puto, §. non passim, & §. sequenti. ff. de reb. eorum, & disputatione citata dictum est. Hinc rectè Molina, iuxta eundem, §. non passim, infert, posse inter creditorem, & maioratus possessorem, cõuenire, vt potius super bona maioratus constituitur annuus census redimibilis pro solutione eius debiti, quam aliquid de eisdem bonis maioratus vendatur ad idem debitum soluendum: quoniam, quod potest pro debito aliquo soluendo omnino alienari, maiori cum ratione poterit subijci censui redimibili pro eodem debito soluendo, ne vendatur, in perpetuumque à maiorato præscindatur. Sicque ait, se pluries, in initio constitutionis dotis, vidisse, virtute facultatis Regiæ ad obligandum bona maioratus pro restitutione eius dotis, in matrimonialibus capitulis disponi, vt si, dissoluto matrimonio, intra tantum tempus dos nõ restituitur, aut artha non soluantur, ex tunc maneat impositus census annuus realibus tantæ quantitas super eisdem maioratus bonis ad rationem quatuordecim, aut viginti, pro uno, vt fuerit inter partes conuentum, pro dote, & arthi, quousque soluantur: atque ratam semper vidisse eam census constitutionem. Idem verò autor, m. 7. admonet, quando bonum aliquod maioratus hypothecæ, aut pignori, esset subiectum pro solutione dotis, & artharum, dissoluto matrimonio, v. xorem, aut heredes illius, petere non debere, vt mittantur in possessionem eius pignoris, aut hypothecæ, interim dum dos, aut artha, non soluantur, sed potius petere debere, vt id vendatur, vt ex pretio dos, & arthæ, ipsi soluantur: ne, si possessionem pignoris illius, aut hypothecæ accipiant, reditus computare debeant in partem solutionis dotis, & artharum, vt eos computare tenentur, iuxta ea quæ disput. §. 21. & sequentibus, dicta sunt. Quibus in disputationibus examinamus, quæ Molina ibidem nu. 6. docet, & quid tenendum sit, definiuimus.

2. Questio. Secundum est, vtrum, quando à principe concessa fuit facultas ad rem maioratus vendendam possit maioratus possessor, qui illam obtinuit, vi eius facultatis eandem rem pignori, aut hypothecæ, subijcere, quatenus, cui est concessum maius, censetur concessum, quod est minus.

A rgum. primum. Pars, quæ negat, suaderi potest. Primò, ex l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eorum, vbi disponitur, si à iudice sit decretum interpositum, quo tutori concedatur vendere res minoris, non posse tutorem, vi euidentem decreti, subijcere illas pignori, aut hypothecæ, quasi à forma decreti, non sit descendendum, etiam in eo, quod minus est, minorique minus damnum: vnde Bal. & alij, quos Molina vbi supra num. 11. citat, affirmant, regulam, l. non debet, ff. de regul. iur. quæ sic habet: Non debet, cui, quod plus est, dicit, quod minus est, non licere, locum non habere in decreto, & idem affirmat glossa. l. nõ debet citata: eadem autem videtur esse ratio de facultate principis concessa ad vendendum res maioratus, quæ nihil à decreto ad faciendum differat: quæ ex illo iure id affirmat Greg. Lopez. de facultate principis ad vendendam rem maioratus, l. 6. tit. 1. par. 6. verbo que lano puede vender, col. 8. vers. & si data.

Secundo, ex glossa l. 2. verb. vendiderit, C. de patrib. qui filios diftrax. quæ aliter, quamuis ea lege patri, qui fame perire, permititur vendere filium ad eam euadendam egeat, non tamen integram ei se illi eum subijcere pignori ad eandem egestatem euadendam. Eam verò glossam sequitur l. l. in fine ff. de libe. & posth. ductus, quod in tali ratione, difficultas concedenda sit filij pignori, quam venditio: eo quod facilius quis moueatur ad pignoriandam, quam ad vendendum; eaque de causa, quæ facultatè ad vendendum concedit, censendus nõ sit, eam concedere ad pignoriandum: quæ ratio, & causa, æquè vim habent in rebus maioratus.

Tertio, quoniam facultas ad vendendum rem maioratus, est dispensatio: dispensatio autem strictè est intelligenda, neque extendenda est de casu ad casum, etiam ex maiori ratione debiti, quam aliquid de eisdem bonis maioratus vendatur ad idem debitum soluendum: quoniam, quod potest pro debito aliquo soluendo omnino alienari, maiori cum ratione poterit subijci censui redimibili pro eodem debito soluendo, ne vendatur, in perpetuumque à maiorato præscindatur. Sicque ait, se pluries, in initio constitutionis dotis, vidisse, virtute facultatis Regiæ ad obligandum bona maioratus pro restitutione eius dotis, in matrimonialibus capitulis disponi, vt si, dissoluto matrimonio, intra tantum tempus dos nõ restituitur, aut arthæ non soluantur, ex tunc maneat impositus census annuus realibus tantæ quantitas super eisdem maioratus bonis ad rationem quatuordecim, aut viginti, pro uno, vt fuerit inter partes conuentum, pro dote, & arthi, quousque soluantur: atque ratam semper vidisse eam census constitutionem. Idem verò autor, m. 7. admonet, quando bonum aliquod maioratus hypothecæ, aut pignori, esset subiectum pro solutione dotis, & artharum, dissoluto matrimonio, v. xorem, aut heredes illius, petere non debere, vt mittantur in possessionem eius pignoris, aut hypothecæ, interim dum dos, aut artha, non soluantur, sed potius petere debere, vt id vendatur, vt ex pretio dos, & arthæ, ipsi soluantur: ne, si possessionem pignoris illius, aut hypothecæ accipiant, reditus computare debeant in partem solutionis dotis, & artharum, vt eos computare tenentur, iuxta ea quæ disput. §. 21. & sequentibus, dicta sunt. Quibus in disputationibus examinamus, quæ Molina ibidem nu. 6. docet, & quid tenendum sit, definiuimus.

2. Questio. Secundum est, vtrum, quando à principe concessa fuit facultas ad rem maioratus vendendam possit maioratus possessor, qui illam obtinuit, vi eius facultatis eandem rem pignori, aut hypothecæ, subijcere, quatenus, cui est concessum maius, censetur concessum, quod est minus.

A rgum. primum. Pars, quæ negat, suaderi potest. Primò, ex l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eorum, vbi disponitur, si à iudice sit decretum interpositum, quo tutori concedatur vendere res minoris, non posse tutorem, vi euidentem decreti, subijcere illas pignori, aut hypothecæ, quasi à forma decreti, non sit descendendum, etiam in eo, quod minus est, minorique minus damnum: vnde Bal. & alij, quos Molina vbi supra num. 11. citat, affirmant, regulam, l. non debet, ff. de regul. iur. quæ sic habet: Non debet, cui, quod plus est, dicit, quod minus est, non licere, locum non habere in decreto, & idem affirmat glossa. l. nõ debet citata: eadem autem videtur esse ratio de facultate principis concessa ad vendendum res maioratus, quæ nihil à decreto ad faciendum differat: quæ ex illo iure id affirmat Greg. Lopez. de facultate principis ad vendendam rem maioratus, l. 6. tit. 1. par. 6. verbo que lano puede vender, col. 8. vers. & si data.

Secundum.

Tertium.

Ad tertium.

id

id disponebat, an vellet, id comprehendere, ad idque sese extendere suam dispositionem. affirmat proculdubio respondere. Quam addo, eo ipso, quod princeps venditionem rei maioratus concessit, & vilius multo est maioratus, eam non vendi, sed subijci hypothecæ, aut pignori, vel constitui in illa censum redimibilem, si hoc aliud possessor maioratus potius efficiat, erit validum ac ratum, actione negotiorum gestorum: cum prætermittat vtiliter, & in bonum maioratus, venditionem, quam valde ac licite poterat efficere, efficiatque loco illius, quod minus damnosum, vtiliusque est maioratus, ac successoribus in illo, cui proinde contractus, & commutationi rei minus nocua, pro magis nocua, tanquam rei vtilius ipsi, & maioratus, gelsa, stare tenentur. Secundo, quoniam nomine venditionis, omnis alia species alienationis comprehenditur. l. statu liberi à ceteris, in fine. ff. de statu lib. ibi: *Quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur.* & affirmant glo. l. 1. 2. C. de vlt. cap. p. n. pro. empt. Bartol. & alij, quos Molina vbi supra numero 16. citat: id verò maximè loci habet, quando id favorabilius est, magisque inserviens intento, ad quod facultas ad vendendum conceditur, ac proinde quando ex eo capite est præsumendum, eam fuisse principis mentem concedentis vendi posse aliquam rem, quæ omnia in re proposita concurrunt. Constat autem ex l. licet, §. si perierit. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvatur, vbi habetur, permittit venditione rei alienius, ceteri permittit omnem alium actum alienationis illius, ex quo non maius sequitur præiudicium, & de quo non minus est præsumendum, permittentem similiter cum velle.

Ad primū. Ad §. si prior, cui primum argumentum nititur, variè respondet Molina vbi supra à num. 20. intenditque, eam dispositionem solò habere locum quoad tutorem, & curatorem minoris, neque esse extendendam ad alia, maximè ad rem præsentem: præsertim cum facultas, quæ conceditur ad vendendam rem maioratus, concedatur domino pro tunc rei illius: tutor verò, & curator, domini non sunt rei minoris, sed administratores solùm. Et quoniam aliquando expedit vendi rem aliquam immobilè minoris, non verò subijci pignori, aut hypothecæ. Dicerem paragra-phum illum exorbitantem, quatenus disponit, in decreto facultatis ad vendendam rem minoris, non ceteri concessam facultatem ad eam hypothecæ subijciendam, solùm habere locum, intelligendumque esse, quando non expedit, rem minoris hypothecæ subijci, cum tamen vtile sit, eam tunc vendi: fecus autem, quando vtilius est, minusve nocuū, eam hypothecæ subijci, quam vendi: si enim tutor, aut curator, qui decretum validum, facultatem vtiliter habet ad eam vendendam, illam vtilius hypothecæ subijciat, aut pignori tradat, vel censum redimibilem super eam constituat, referuando eam minime venditam minoris, validus sanè tunc est talis contractus, neque contrarium disponere rationabiliter ac validè potuit paragra-phus ille, nec proinde id intelligendum est disponere interdixisse: cum, saltem actione negotiorum gestorum, validus ac ratum necessariò iudicaretur. Idemque prorsus dicendum est de facultate vendendi rem maioratus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, contrarium aperte affirmare eam glossam, & cum ea Doctores ibi, ac definiti, l. 8. tit. 17. part. quarta, tametsi ea glossa subiungat, quod iam id dicere, quod in eo arguunt referunt, quorum opinionem non approbat. Ratio verò l. 8. tit. 17. part. quarta, tametsi ea glossa nullus est momenti: naturali quippe ratione facilius concedenda est facultas ad rem aliquam pignori, aut hypothecæ, subijciendam, quam ad eam vendendam, omninoque alienandam.

A Ad tertium dicendum est, quòd quamvis facultas ad vendendam rem maioratus, sit dispensatio, & dispensatio sit strictè intelligenda, neque extendenda sit de casu ad casum, in re tamen proposita, non extenditur, cum verbum, venditio, omnem alienationis speciem comprehendat, vt dictum est; sed eligitur, quod minus est inter comprehensa in facultate, idque in vtilitatem ipsius maioratus, & successorem in illo. Adde, quamvis id non liceret directè vt facultatis ac dispensationis, licet tamen, facta dispensatione & potestate in eo, quod maius est, agendo vtiliter negotium maioratus, commutandoque magis nocuum in minus nocuum, ex præsumpta omnino principis voluntate, vt explicatum est. Adde etiam, quando dispensatio est circa rem in detrimentum alicuius, vt in re proposita in detrimentum bonorum maioratus, sed propter commodum ipsiusmet maioratus, aut ex iusta alia & rationabili causa, dispensationem quidem esse strictè intelligendam, vt non plus noceat, quam sit cõcessum, neque extendatur ad nocendum in eo, quod non est cõcessum; non tamen, vt minus nocuum non præponatur maiori: ad eam enim præcisè effectum, redi ratio efflagitat, vt dispensatio late intelligatur, vt ea ratione minus nocuum eius, cuius commodum quaeritur, maiori præponatur.

B Tertium dubium est, Vtrum, si concessa à Rege sit facultas ad vendendam rem maioratus Petro ex certo pretio inter ipsum, & maioratus possitorem conuento, valida sit ex eadè facultate venditio eiusdem rei pro eodem pretio, aut maiori paulo.

C Pars, quæ negat, iudari potest. Primo, ex l. cum seruo, ff. de contr. empt. vbi habetur, si quis iubet seruo suo, aut liberæ personæ, vendere rem aliquam suam certæ determinatæ personæ, & ille vendat eam non alteri, esse inualidam venditionem.

D Secundo, quoniam facultas ad vendendam rem maioratus, est dispensatio, quæ strictè est intelligenda.

E Tertio, quoniam consensus, seu facultas Regis vasallo, vt vendat feudum alicui determinatæ personæ, non potest validè extendi, vt vendatur pro eodem pretio, aut maiori alteri, vt affirmat Yer. Aflicti, & Sigismundus Neapolitanus, à Molina c. 5. citato, nu. 31. relati.

F Quamvis Gregorius Lopez, l. 6. tit. 11. part. 6. verb. que la no pudiese vender. columna 9. verb. item potest, sententiam hanc amplectatur in maioratibus, eamque tutorem affirmet Molina vbi supra, num. 32. Merito tamen idem Molina ibidè ait, verius videri, validam esse eam venditionem, defendendamque esse postquam fuerit facta, nisi ex peculiari ratione concessa sit à principe facultas ad eam rem Petro in particulari vendendam, & non alteri. Ratio autem est, quoniam in ea dispensatione, & facultate, nõ agit Rex negotium suum, sed maioratus, possessorisque illius, quibus nihil refert, vt ea res potius Petro, quam Paulo, vendatur, modo pro eodem pretio, & queque secure, vtrius vendatur, imò commodius est, videri eam Paulo, si plus offerat pretij, aut securius ei vendatur, quare in ea facultate nõ est censendus nominatus Petrus causa restrictionis, nisi sint coniecturæ aliquæ, quæ id persuadeant, sed causa demonstrationis, quæ nihil restringit.

G Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum est cum glossa prima ibi, illud intelligendum esse, quando dominus rei, qui eam vendi iussit, non erat alteri eam venditurus, nolebatque proinde, vt alteri venderetur: fecus verò quando similiter erat venditurus eam alteri, nihilque curabat, cui venderetur: in re autem proposita, quando non occurrunt circumstantiæ, quæ contrarium persuadeant, censendum est, principem mentionem fecisse de Petro, gratia

433 **de Tract. II.**

A Ad secundum. Ad secundum dicendum est, eo ipso, quod de Petro gratia solùm demonstrationis facta est mentio in ea facultate, vt est præsumendum, nisi ad sint circumstantiæ, quæ contrarium persuadeant, non intel ligi late eam facultatem ex eo, quod ea res ex eadem facultate Paulo vendatur.

B Ad tertium. Ad tertium dicendum est, longè diuersam esse rationem de feudo, in quo Rex sibi vasallum eligit idoneum, qui sibi seruiat; agaturque de negotio suo, & de re sua: quare, nisi intelligatur aliud, gratia solùm demonstrationis expressisse, cui venderetur, censendum est concessisse eam facultatem ad vendendum illi soli.

C Quartum dubium est. Vtrum, si facta sit alienatio, vel hypothecæ, vel maioratus antequam facultas ad id obtineatur, ex principe, facultas postea obtenta, validam ac firmam reddat antecedentem alienationem, vel hypothecam. Ad quod in primis dicendum est, si ob eam antecedentem alienationem, vel hypothecam, possessor maioratus, ex præscripto institutoris, incidit in penam amittendi maioratum vltimus ad eum vocato, vel in aliquam aliam; ex facultate postea obtenta, non euadete eam penam iam incurram ob talem alienationem: neque principem priuare posse iure ex eo delicto iam antea quesito successorem in maioratu per eam facultatem, imò neque per expressam remissionem penæ, iuxta ea que disputatio, 74. & alias, dicta sunt. Consentit Molina vbi supra, numero trigesimo sexto. Dicendum deinde est, alio alienam nullam penam incurret, sed solùm alienatio sine principis facultate facta, esse nulla, non reddi validam persequentem principis facultatem, nisi princeps, consensus de ea alienatione antecedente, eam confirmet sua facultate. Ratio autem est, quoniam ea facultas non est censenda tradita ad id confirmandum, quod contra maioratus institutionem, & cum alienantis culpa factum est, nisi id in ea facultate exprimat. Ita Molina vbi supra numero trigesimo quarto.

D Quintum dubium est. Vtrum facultas concessa possessori maioratus ad alienandum rem aliquam maioratus, transeat ad successorem in eo maioratus, ita vt successor ex ea ipsa facultate possit illam alienare, si antecessor vltus non fuit facultate illa, Molina vbi supra, numero trigesimo septimo, cum Celsio, neganter respondet. Ratio est, quoniam permissio vendendi rem aliquam, si is, cui facta est, eam non vendidit, non transit in successorem in care, leg. sicut, §. si debitor, ff. quibus modis pign. soluat. Et quoniam concessio omnis, quæ ad actum factas, in dubio censetur personalis, eaque de causa ad successorem non transit, leg. apud Iulianum (alias idem Iulianus) §. si quis alicui, ff. de legat. primo. Item quoniam eiusmodi facultas est dispensatio, quæ strictè est intelligenda. Consentit Gregorius Lopez, columna nona citata, verisè, sed pone r. tametsi eam limitet, vt fecit is, quando per seuerat causa, ob quam concessa est. Placet verò, quòd Molina ait, id scilicet verum esse, modo facultas concessa sit, non tamquam possessori illi in particulari, vt ob hoc mandet, sed quantum ad effectum non tamquam possessori, vt id ex ea causa alienari possit.

434 **Disp. 653.**

A **DISPV. 653.**

B Bona maioratus, etiam ex regia facultate permittit alienari, aut obligari, an, existentibus alijs bonis liberis possessoris maioratus, alienari, & obligari possint.

S Y M M A R I V M.

1 Maioratus bona si alienari, aut obligari concedatur ex causa ipsiusmet maioratus, aut publicæ, ad quam possessor maioratus contribuere non tenetur de suis proprijs bonis, aut de redditibus maioratus, alienari aut obligari possunt, etiamsi possessor maioratus habeat alia bona libera, & etiamsi in facultate sit apposta clausula, quod alienatis, aut obligatis prius alijs bonis liberis.

2 In facultate alienandi, aut obligandi, bona maioratus, non ex causa ipsius maioratus, aut publicæ, semper intelligitur clausula, alienatis prius ad id bonis liberis possessoris maioratus, esto non exprimitur. Neque valet alienatio, aut obligatio, nisi quoad latitudinem vltra bona libera alij possessoris.

3 Obligatio bonorum maioratus aut alienatio si facta sit, apposta illa clausula, aut ea subintellecta in facultate Regis, non præcedente obligatione aut alienatione bonorum liberorum, quæ vere existant, non alienatio & obligatio bonorum maioratus sit tunc omnino nulla.

4 Existente facultate regia cum eadem clausula tacite, aut expressa, vt obligari possint bona maioratus, postea fieri non potest executio in bonis maioratus, nisi facta fuerit prius executio in bonis liberis possessoris, etiam que acceuerint vsque ad id momentum.

5 Maioratus bona si ritè fuerint obligata, datis simul fideiussores pro eo debito, nec fideiussores renunciant beneficio, vt prius fieret executio in bonis obligatis, non prius fieri potest executio in bonis obligatis, quam in eis bonis maioratus. Secus renunciantur: sed ipsi tunc recursum habent aduersus bona maioratus.

6 Maioratus bona si ritè alienata irrevocabiliter iam sint, eo quod non fuerint tunc bona libera possessoris maioratus, esto post eam alienationem irrevocabilem consummatam, eidem possessori bona libera adueniant, nõ retrahatur alienatio semel ritè consummata, sed ea bona pertinent ad ipsum, & ad heredes ipsius.

7 Maioratus bona si obligata fuerint in defectum bonorum liberorum possessoris maioratus, & idè possessor ante eam obligationem contraxerit alia debita, etiam personalia, de bonis liberis soluenda sunt debita illa antea contracta.

8 Contrarium est dicendum, si debita fuerint contracta post obligata bona maioratus & libera, tacite saltem. Excipitur, nisi ea debita rationabiliter sint contracta, ita quod commode ac rationabiliter variari alienatio non poterit.

D **D** Ispuatio hæc præcipue non habet locum, quando bona maioratus vendi, aut obligari, permittuntur ex necessitate, aut in vtilitatem ipsiusmet maioratus, aut in causam publicam, ad subueniendum reipublice, iuxta ea que disputatio, 640. 641. 644. 646. 649. dicta sunt: tunc enim ratio nõ est habenda bonorum possessoris maioratus, quæ prius alienetur, aut obligetur, sed solùm aliorum bonorum liberorum ipsius institutoris maioratus, quæ raro esse solent, nisi tempore eius, in quo maioratus fuit primo institutus.

Ad secundum.

Ad primum argum.